

Marc. 9
28.

Probus
calumnij
impug-
netur.

Quare a
provis
impug-
natur

beant patrocinium, tunc summi Sacerdotes inturxerunt in eum, dicentes: *In qua potestate hæc facis, & quis dedit tibi hæc potestatem?* illi dicunt *Hæc, sed nescimus Quid.* Loquuntur de propulso templum profanantium, vel de patratione miraculorum? Tunc *accesserunt ad eum cæci & claudi, & sanavit eos.* Matth. d. v. 14. Utrumque in questione amplectuntur, ut calumnientur: etenim cum non possent inficiari miracula, facta plebi enunciantur arte diabolica: & ad illorum pertinebat dignitatem, arte dæmonis expellere seductorem; quoniam fas non erat, titulo mirabilium, inter illos in templo habitare dæmonium. Vernaculè, vividius: *Es verdad hacia milagros, pero era un demonio.*

14. Eluceat posterius illorum propositum. Gaudibundi uti Regem susceperant: quia ut illi fecerant, facturum in potestate iudicaverant. In templum ingrediens fecit observare leges, corripuit violatores religionis: & cum minime utens potestate, dissimularet flagitia, nec subditi possent dedecorare miracula, nec contra ius operari: miracula attribuunt dæmoni, ut lasa fama, supplicij iurè impacti sumeretur vindicta: igitur sperantibus, ut prideam, immunitatem, esto crimina in religionem & legem; tota vires pravorum subditorum vel in templo commotionis, eò quod Superior iam monitis flagellavit delinquentes. Perferutemur, quousque subditorum perveniat audacia, modo Præfex haud preternittat flagitia. Dum ingreditur Superior, lætè suscipitur: benè de se meritis a singulis cogitatur. Primò

placet. Observator legum videtur: displicet. Observator legum videtur: displicet. Ex Iesu hoc in articulo patet: etenim cum eum viderent, ut munus petebat, & nequaquam ut relaxatio subditorum præcogitaverat; inficiantur Superioris potestatem, quem dudum læti susceperant Superiorem. Sit ergo huiusmodi tractus in documentum, si Præfex incidit in pravorum odium. Illi semper duplex Kappa: in illum illorum odia. Per legem erit invisus, & nequaquam plausus; sicut fuerat in dignitatem ingressus: quandoquidem nondumquam male audit, qui subditos aberrantes in leges premit. Satiùs, quòd invidiosus sit Præfex, quàm quòd status perturbetur religionis. Depingit Tacitus, 2. *Histor.* cap. 39. *Honor (instit) imperij penes Titianum, vis ac potestas penes Proculum: Celsus & Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine Ducum. Tribuni Centurionesque ambigui, quòd spreto melioribus, deterrimi valebant. Miles alacer, qui tamen iussa Ducum interpretari, quàm exequi mallet. Nec perinde dijudicari potest, quid optimum factum fuerit; quàm pessimum fuisse, quòd factum est.* Accinit etiam Lucanus. 1. *Pharal.* à v. 67. & lib. 6. à v. 695.

— Stygium nefas, pavore nocentum; Et chaos innumeros avidum confundere mundos.

Invidia fatorum series, sumisque negatum

Stare diu, nimioque graves sub pondere lapsus:

Fert animus causas sanctorum exponere rerum.

Et quæ
do lætè
suscipi-
tur.

In ordi-
neculus
ordo sine
Præfex
zelo.

Corn.
Ticit.

Lucan.



TAU

TAUTOLOGIA DECIMA.

TEMPUS PLANTANDI, ET TEMPUS EVOLVENDI quod plantatum est. Eccle. cap. 3. vers. 2.

EXPOSITIO LITTERÆ.

PRESENS Tautologia ex his est, quæ sunt expressione suppositi nec cellarij; ut illud *Ad resurrectionem, quæ est ex mortuis: Manducæ adversus veritatem: Unguento ungebat; & sic alia de quibus actum, vel agendum.* Utuntur huiusmodi idiotismis usquequaque Ethnici exergatiæ; quasi simpliciter, perspicua haud efflet sententiæ; vel iuxta animi propositum non satis ad perceptionem prolata. Homerus, 18. *Iliad.* v. 581. *Vindemiare vineam.* 9. *Odyss.* v. 210. *Vites, quæ ferunt vinum ex, vitis.* Ibid. 11. v. 192. *Vinea vitifera.* Addit, *Cum ancillis feminis mulieribus.* 7. v. 104. 13. v. 67. & 19. v. 602. Euripid. in *Bacch.* v. 909. *Cui vita beata, illum beatum puto.* In *Ion.* v. 1314. *Ad aram sedere non conveniebat, sed depelli inde.* In *Electr.* v. 245. *Absens hinc, non presens nobis.* Sophocl. in *Atac.* v. 803. *Non hic sedendum, sed ibo hinc ego illuc.* In *Electr.* v. 1006. *Mulier quidem, non vir nata es.* Quint. Calaber. lib. 7. v. 517. *Necdum adolescentia metas perigit, & adhuc intonsus.* Pindar. *Olymp.* Od. 10. v. 109. *Opera operatus.* Theocr. *Edyl.* I. v. 51. *Albi lactis.* 2. v. 116. *Adessem presens.* 6. v. 46. *Neuter victi, sed invidi fuerunt.* Nonnus, 35. *Dionys.* v. 257. *Lux fulgore illuxit.* Plaut. in *Epidic.* Act. 3. scen. 2. v. 43. *Abeamus intro hinc ad me, aliquando lubentius quàm abste sum egressus inus.* In argum. *Mosell.* v. 6. *Lucripetia fœnis funeratoris postulans.* In *Bæconid.* 4. 9. v. 52. *Si est quis emptor, coemptionalem senem vendam ego, venalem quem habeo.* In *Milit.* 4. 2. v. 44. *Inclamato, sic te vulgo vulgem.* In *Casin.* 4. 1. v. 2. *Neque ludos tam festivos fieri, quàm ludi ludificabiles.* In *Menecbm.* 1. 4. v. 2. *Quod sit satis: neque deficiat, neque superstiti: & in Trinamm.* 2. 2. v. 93. *Adulæ virgo, grandis.* Horat. 2. *Satyr.* 7. v. 113. *Fugitivus & erro.* Virgil. 1. *Æneid.* vers. 596. *Auro flavo.* 2. v. 297. *Adytis penetrabilibus.* 3. v. 72. *Terre urbesque recedunt.* 9. v. 345. *Vigilantem & cuncta videntem.* v. 522. *Fumiferos infert ignes:* v. 782. *Quos alios muros? Que mentia habebis?* & 11. v. 197. *Maclantur corpora morti.* Ovid. 3. *Metam.* fab. 1. *Nillum passa iugum, curvoque immunis aratri.* 4. fab. 8. *Mater felix & fortunata profecto.* 14. fab. 5. *Possimne ingratus & immemor esse: i. Pastor.* v. 292. *Insula dividua, quam premit amnis aqua: 3. v. 400. Bootes mergetur & visus effugiet.* Iuvenal. 14. *Satyr.* v. 197. *Crescent, maioraque fiant.* 1. v. 14. *Rarus sermo illis, & magna libido tacendi.* Martial. 3. *Epigr.* 24. *Agræsti, rudique viro.* 14. *Epigr.* 210. *Non mendax, nec fingitur arte.* Cælius ad Cicer. dicit: *Parti nihil vos calefacium: nos hic frigore frigesimus.* Plin. lib. 19. cap. 1. *Surdus illibus & qui non exaudiantur ead: & lib. 37. cap. 1. Gemma demonstratur illibata intastaque.* Alian. 1. 1. *Var. hist.* cap. 4. *Non clam eras, neque latere poterat Plutarch.* in *Paralel.* num. 1. *Visum amiste, factusque est cæcus.* In *Instit.* liber. instit: *Membra recta, non distorta.* Florus lib. 4. cap. 8. de Sext. Pompeio ait: *Pavens, & tamen non timens, ne periret.* Petron. *Satyr.* pag. 18. *Fecit alam piprato piperatam.* Demum Tertull. de *Judic. Dei*, cap. 11. v. 10. *Cerni in clara luce.* Hæcine collecta deprømpsi, ne facer stylus attribuat. novitati, simulque ut tabescant; quibus huiusmodi verba, quasi futilia videntur superflua inania.

2. De temporum congruentijs, vel de vicissitudine temporum agit Ecclesiastes in præsentia sententia. De facto loquitur, non de iure; seu de rectitudine, aut pravitate factorum: quo sensu Senec. *Epist.* 76. inquit: *Validiorem animum & excelsoiorem & amplioiorem facit virtus: nam cætera, quæ cupiditates nostras irritant (deprimunt) & la-*

Tautologia
expressione
suppositi nec
cellarij.
Homer.

Plaut.

Virgil.

Ovid.

Cicer.
Plin.
Alian.
Plutarch.

Flor.
Tertull.

Senec.

benefaciant, & cum videntur attollere, inflant, ac multà vanitate deludunt. Ergo unum id bonum est, quo melior animus efficitur. Omnes actiones totius vitæ honesti atque tur-

Eccl. 1. 1.

Auson.

Plutarch.

Ordo in natura rerum dicuntur vitæ.

Boetij

Senec.

In successione varietatis suas pulchritudine orbi.

Tertull.

Manilij

Deus immutabilis, cuius est motus.

Claudian. Virgil.

Ne quid nimis, optimus modus; Fandi, tacendique, & cibi & somni modus; Beneficiorum, gratiarum, iniuria Studiij, laborum.

Plutarch. de Exilio, inquit de mundo, quo habitamus: Hic patria nostra limites: neque est exul, vel hospes, vel peregrinus quisquam, ubi idem est ignis aqua, aer: Consules idem & Senatores, Sol, Luna, Lucifer: leges omnibus eadem sub uno ordine atque imperio: Solstitia Aquilonaria, Solstitia Austrina, Equinoctium, Vergilia, Arcturus, articulus sementis, articulus plantandi: Rex etiam & Princeps unus Deus, qui principum, medium ac finem tenet universitatis, cuncta complet, directio tramite naturaliter ea instrans. Boetius 1. de Consolat. Philosoph. Metr. 6. à v. 16. & 4. Metr. 6. à v. 44.

Signat tempora proprijs Aptans officijs Deus: Nec quas ipse coercuit; Miseri patitur vices. Sic quod præcipiti via Certum deserit ordinem Letos non habet exitus. Hic est cunctis communis amor; Reperantque boni sine teneris; Quippe non aliter durare queant; Nisi converso rursus amore Resluant cause quæ dedit ipse.

Ita igitur perfecta orbis pulchritudo in eleganti successione rerum. Cuncta certis legibus continentur (ait Senec. 6. Benef. cap. 6. quas necesse est sequi. Lex legi non miscetur: utraque sua vitæ: aliàs inebes eodem tempore amare & odisse, queri & gratias agere: quod natura non recipit. In mundi legibus nihil est nostra potestatis: eundem quæ ducimur. Delicæ apprimè Tertullian. de Virginib. veland. cap. 1. Nihil (inquit) sine atate est: omnia tempus expectant. Denique Ecclesiastes: Tempus, inquit, omni rei. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoveri. Granum est primò, & de grano fructus oritur, & de fructu arbuscula enititur: deinde rami & frondes invalescunt, & totum arboris nomen expanditur: inde germinis tumor, & flos de germine solvitur, & de flore fructus aperitur, &c. Numquam quicquid sub Luna semper idem. Solus Deus, Tu autem idem ipse es. Psal. 101. 28. Graphice vel Ethnice, 1. Astron. à v. 33.

Omnia mortali mutantur lege creata. Nec se cognoscunt terra verentibus annis Exutas variam faciem per secula gentes At manet incolumis mundus, suaque omnia servas; Qua nec longa dies auget, minuitque senectus, Nec motus puncto currit, cursumque fatigat: Idem semper eris, quoniam semper fuit idem. Non alium videre patres, aliumve nepotes Aspicient. Deus est, qui non mutatur in ævo.

Hoc discrimen Numinis, & vel in ipsa entitate respectivè non entis. Claudian. in Provinia panegr. v. 12. & Virgil. 10. Eneid. v. 112.

Nec novit mutare vices, sed fixus in omnes, Rex Iupiter omnibus idem.

Ipse immobilis movet cuncta, ut ad ordinem redigantur omnia, Boetius, d. lib. 3. Metr. 2. à v. 1. succipit;

O qui perpetuà mundum ratione gubernas, Terrarum cælique sator, qui tempus ab ævo Tre iubet, stabilisque manens das cuncta moveri.

Boetius:

4 Quia in mundo varia, vicissitudine successiva; ni mutentur, utentibus ignerunt gravissima tædia. Eisdè delectabile, satiat idem. Respuitur, quod summopere optabatur. Manu: quid est hoc (dicitur de pane coacti primo aspectu; & post dies & dies: Anima nauseat super cibo isto levissimo. Est summum oblectamen. Sic, attamen quousque eadem: Idem, tamen omne delectamentum, semper nimium. Tertull. in Sensor. à v. 52. accinit:

Ex. 16. 15. Numer. 21 5.

Omne quod est nimium, contra cadit; unum operantur Et calor & frigus: sic hoc, sic illud adurit: Sic tenebra visum, sic Sol contrarius auferit; Et pariter cadunt gelidum ferensque lavacrum: Etsi aliter corpus, corpus corruptitur esca: Vinque suam minuit, si quid protenditur ultra. Denique si sedas, requies est magna laboris: Si multum sedas, labor est.

Requies hominis in rerum varietate. Tertull.

Labor ac motus delectabiliora ex quiete; sicut ridiculum semper agere, & agendi atque agendo fatagere locosè Martialis in ardelionem (Hitpanicè, Cbisgarabis) Attalum, lib. 1. Epigram. 80. & lib. 2. 7.

Semper agis causas & res agis Attale semper: Est, non est, quod agas: Attale semper agis. Si res & cause desunt, agis Attale malis: Attale, ne quod agas desit, agas animam.

Martial.

Est nonnullis animus turbulentur inquietus, tuncque plus in negotijs otiosus; quippe quæ modò radium ingerunt, postea in ore suo complecebunt. Horat. 1. Epist. 1. v. 97.

Saragenti dicitur offendit solitum, etiam insuavum. Horat.

Pagnat sententia secum. Quod petijt, spernit: repetit quod nuper omisit: Etsi at, & vite discorvenit ordine toto. Diruit, adificat, mutat quadrata rotundis. Infanter pua.

5 Sicut tempus pro successiva continuatione accipitur, uti vidimus; usurpatur etiam pro opportunitate temporis. Nostrates, Sazon, à tiempo: Latini, Hic & nunc respectu circumstantiarum; quippe eadem opportunitate profuit, quæ proficua nocerent sine opportunitate. Ovid. 1. de Remed. v. 131.

Tempus pro temporis opportunitate.

Temporibus medicina valet: data tempore profunt, Et data non apto tempore vina nocent. Quinetiam accendas vitia; irritetque vetando, Temporibus si non aggrediare suis.

Ovid.

Inordinatum horologium rationis diuina prudentiâ, sine consilij mensura, modò ab hora temporis discordet hora. Tempora dispensat usus, & abusus temporis non est tempus.

Omnia tempus alit, tempus rapit: usus in arcto est.

Ait Nemenianus Eclog. 3. v. 1. Maior rerum gratia opportunitas: etenim in agendis arbitror potentior, quam legem. Da tempori, quæ sunt temporis, tempore: inquit Aratus in Phenomen. Pendenda, iuxta Manil. d. lib. 4. cap. 1. v. 406.

Nemenianus in illa gratia temporis Arat. Manil.

Quæ sint iustia cuique, Et proprias partes ipsas spectare.

Atque tempus expectare: igitur non quicquid morale est bonos mores facit, uti diximus Tom. 5. T. 5. D. 2. m. 1. Bonum est malum, ni in qua re quid faciendum sit, fiat. Vide Erafm. Obiliad. 4. Centur. 3. m. 2. & Senec. Epist. 82. & 95. Unde ad rem Plautus in Pseudol. Act. 2. scen. 3. v. 3.

Opportunitas non potuit opportunius advenire, Quam allata est mihi opportunè epistola.

Plaut.

Hinc textum sacrum vertit ita Hispanus Interpres: Para todas las cosas ay sazony todo lo que quisieredes de abajo del cielo, tiene su tiempo. Timon apud Athenæam lib. 7. a. 14.

Tempus amandi, tempus habenda coniugis; est quod

Timont.

Rebus ab his tandem monent desistere tempus.

Homer. Homericque, 11. Odyss. v. 379. Tempus loquendi, tempus & dormiendi. Tempus adificandi & tempus destruendi: qua de causa Scipio Africanus in oblatione Numantiae milites iubebat vallum ac munitiones erigere, & qua erecta dissipare. Frontin. lib. 4. cap. 1. Liv. Epitom. lib. 57. & Valer. Maxim. lib. 2. cap. 7. num. 1. Sic igitur faciendum, ut placeat factum; atque in difficultibus prudentia induit reportet triumphum. In officia Mystrarum Aegypti erat munus Horoscopi, cuius insignia in pompam procedentis, erant Horologium & palma; ut observat Clemens Alexandrin. lib. 6. Stromat. cap. 2. Ingeniosum profecto hieroglyphicum in signum prudentiae ac obtenta votorum: etenim si emblema victoriz palma, & horologium indicat in tempore tempora; prudentia decerpit palmam ex difficiliore cacumine, ad exitum fastum si studuerit horz. Horatius, 1. Epist. 11. v. 20.

Athenium gloria, non quia salta, sed quia iapore salta. Quid mutant horoscopi

Horat.

Dum licet, & valium servat fortuna benignum, Tu, quamcumque Deus tibi fortuna verit horam, Graia sume manu.

Imagines Occasionis.

Deus oppertunus.

Arch. Boc.

Charat.

Boccl.

Epexegetis.

Expositio 1.

Hypocritismi.

6 Huiusmodi ac sicine hora dicitur *Occasio*, quam fingit ac pingit scincipite capillata, glabroque occipite super rotam Achilles Bochiis, *Symbol.* 71. & 87. Eandem cum Fortuna (quippe fortuna pendet ab Occasionis) facit Charat. de *Imaginib. Decr.* fol. 317. cuius imaginem etiam videlis apud Aufon. *Epigram.* 12. & Eliam Viner. ibi. Alciat. *Embl.* 121. qui decerpit ex Palsidippo in *Grac. florileg.* lib. 2. sufficiens Penitentiam pro novacula, quam in Occasionis dextra collocabatur, & etiam in manu Dei *Oppertuni* (Græcè *Ceros*) de quo Paulanus, cap. 162. Angel. Politian. *Miscellan.* cap. 49. Gyrard. *Syntagm.* 1. n. 52. & Erasim. quod dudum 1. *Centur.* 7. n. 70. Unde Bocchiis insit:

Iam tibi dum rebus se occasio amica gerendis Opportune offert fronte comata, iene. Memento prater volat, haud unquam reditura: Occipit en calva est. Lentus est: Illa abiit.

Hoc inritu *Occasio* dicitur iuxta Iosephum Langium in *Florileg.* ab *Occido* & *Occido*: etenim sine opportunitate eventus cadit, & spem adiens occasio fugax occidit. Est enim *Occasio* pars temporis & pretiosissima portio in se habens & offerens aiquid faciendi vel non faciendi idoneam opportunitatem: quam quidem qui arripit, sapit; & desipit qui pratermittit, sequens oculis avolantem fortunam, & amplectens penitentiam. Hoc *Veteres* *Occasionis* imagine innuerant, quam nonnulli eandem *Fortunam* voluerunt (subdit Charat. d.) *simillime* certe *in se sunt*, ut ex imaginibus intelligi potest. Eius imago erat huiusmodi: *Mulier nuda, pedibus rota dat pile insistebat, longos capillos e fronte dependentes habens, caeterum occipitio recalcitrastra, pedibus alatum perpetuam comitem habens penitentiam: nam ea nobis per imprudentiam manibus elapsa, nihil nobis prater penitentiam relinquit. Vigilandum est igitur, ac manus parata habenda; ut quæcumque occasio obtulerit, statim arripiamus: nam ea dicto citius avolat, ac posteriores capitis partes glabras ostendit ipsi, qui in priores capillatas non iniecerint: nam eam postea comprehendere non datur, cum pedes ad fugiendum alatos habeat. Eodem fere modo *Sythesium* *Fortunam* effinxerunt; nam eam sine pedibus alatis manibus effecerunt. Suffragatur Achill. Bocch. *Symbol.* 87. *Luciucens:**

Omnium Rerum in dies profertur eventus, licet Parvarum; & abit amissa procul occasio.

Opportunitate sunt utilia etiam que noxa, ut sine tēpore inimica que amica: que utilia commode videri possunt, sine occasione vilescunt. Quapropter cum utilitas ex opportuna oriatur occasione, vel ex actionum contrarietate, dicit Salomon: *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum est.*

7 Possimus exponere huiusmodi periodum per *Epexegetis*, quo schemate dilucidatur secunda prior in contextu sententia: ideoque dicitur interpretatio, de quo fusc in *Prolog. Galat.* §. 4. n. 12. Unde cum dixisset: *Tempus nascendi & tempus moriendi*; insit: *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum est*: quasi evelli sit mori, & plantari, in locum oriri: subindeque exergatice in ampliorem explanationem apponitur: *Tempus destruendi & tempus adificandi*, in quo idem significatur. Per *hypocritismi* *plantare* usurpatur pro *gignere*, & *plantaciones* pro *ulij*, uti videbitis.

Genef.

Genef. 4. 15. Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Hebr. *Posuit mihi Deus aliam plantationem pro Abel, quem evulsit Cain.* Ita apud Erasim. in *Apophthegm.* de Diogen. Cynic. *contur.* 2. legitur: *Haud evulsit palmam plantare bonitatem.* Quare sicut plantatio pro ortu, pro destructione ac exterminio demonstratur evulsio. Ierem. 1. 10. *Ut evellas & destruas.* Psalm. 51. 7. *Evellat te & radicem tuam de terra videbitis:* sub arboris metaphora exergatice signat, *Properet a Deus destruet te.* Ierem. 11. 19. *Mittamus lignum in panem eius & eradamus eum de terra viventium.* Hebr. *Evellamus.* Sub tropum arborum & adificiorum ostenditur in factis erectio ac destructio rerum. Exod. 1. 20. *Quia timerunt obstrictes Deum, edificavit eis animos:* idest, Dominus eis concessit in filiis familie successorem, Deuter. 25. 9. *Sic sit homini, qui non edificat domum fratris sui.* Psalm. 43. 3. *Manus tua gentes asperdit & plantasti eos.* Idem 79. 9. *Itai. 5. 2. Plantavit eam electam.* Ierem. 2. 21. & Ezechiel. 17. 8. 10. 22. & 23. Pro destructione evulsio tape signatur in scriptura Iob, 19. 10. *Quasi evulsa arbori absulit speciem meam.* 3. Reg. 14. 15. *Evellit Israel de terra sua.* Ierem. 12. 14. *Domum Iuda evellam:* Saepè idem apud eundem. *Vigilanter apud Danielem 4. 17. de Nabucho: Succidite arborum, & praedidite ramos eius, excutite filia eius, dispergite fructus eius: servent autem germen radicem eius in terra siliis.* Quare cum prodicit fructus, homines uti arbores in terra plantentur; & si degeneres, terram dumtaxat occupantes, evellantur, dato tempore malorum emendationi, ut & radice amara faciant fructus penitentiam; caelestis agricola fructu pro plantationis proposito, dicit: *La boravi: ecce quos adificavi, ego destruo, & quos plantavi ego evullo.* Apparuit gratia, apparet etiam iusticia; quia *tempus plantandi & tempus evellendi quod plantatum est.*

8 Sub arborum metaphora signantur homines, qui mobiles arbores: Marc. 8. 24. fusc egimus, Tom. 4. T. 6. n. 9. & T. 7. D. 4. n. 7. *Omni enim arbor, quæ non fecit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: tam enim fecimus ad radicem arborum posita est:* Math. 3. 10. Unde *Plantare plantationem*, accipitur per *Heterasim*; idest abstractum pro concreto, sive pro materia agentis actio: tuncque plantatio signat fructulum, fruticem, plantam. *Omni plantatio* (hoc est, *Arbor*) *quam non plantavit Pater meus caelestis, eradicabitur.* Eccli. 24. 18. *Plantatio rose in Iericho.* Itai. 6. 1. 3. *Plantatio Domini ad glorificandum.* Quo patet plantatio pro planta. Apollon. Rhod. *Argonautic.* 2. v. 1005. *Neque ulla alia plantatio fructus dulcis.* Quam ob rem plantare plantationem, nihil aliud indicat, quam serere plantam, ut coalescat, & fructum erogat. *Plantasti eos & radicem miserunt:* etenim sine radice, & esset plantatio, verum sine plantatione, quippe telluris inutile pondus, quandiu sine radice prorsum evanescent fructus. Hac de causa dum Vates Evangelicus signat plantatam plantationem; addit *Evasione* nimirum, stirpem fructiferam, secundam, uberem, generosam: que spem non fallit in ulum plantantis, & mercedem studiosi laboris. Sed quid? *Quæ fidelis, electa, fructifera, & amena;* propter peccata, quasi esse arida. *Plantabis plantationem fidelem, & (pro sed) germen alienum seminabis. In die plantationis tua laboriosa: & manus seminum tuorum forebit: ablata est messis in die hereditatis, & dolebit graviter.* Ibid. An quæ mentietur opus olive, & arva non afferent fructum? Quia fuscus non forebit, nec erit germen in vineis: Nullo modo. *Mane* (idest, propter ac tempore) *semem tuum forebit.* An quia seminavit multum, & intulerunt parum? Neququam: *Plantatio fidelis fuit, labori respondens & spei:* unde ergo dolor gravis, & adinstat labor ser radice amara iudicis: Quia plantationem non sibi, sed Assyrijs plantaverunt, & germen alienis seminavit. Qui mercedem congregavit, in saccum pertusum misit. *Regionem vestram coram vobis alieni decorant.* Itai. 1. 7. *Inimici eius locupletati sunt.* Thren. 1. 3. & v. 10. *Manum suam misit hostis in id quod sibi summomodo seminavit, in vanum laboraverunt.* Summa enim amaritudo laborare otioso: quid infestor? Amer. 1. Od. §. v. 159. *Hic curæ cithara & cantus: alienum cibum impone absumunt.* Virgil. 1. Eclog. à v. 71. & 9. à v. 2.

Impius hec tam culta novalia miles habebit? Barbarus has segetes? En quis consecimus agros. O Lycida! Vni pervenimus, advena nostri (Quod nunquam veriti sumus) ut possessor agelli Diceret: Hac mea sunt: veteres migrasti coloni.

Tom. VII. Taut.

Oooo

Nuus

Erasim.

Accessiones

plantacionis

& asponis

ide

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

id

Nunc vultu tristes, quoniam fors omnia versat; Hos illi (quod nec bene vertat) mitimus hudos.

Thren. 5. 4

Lame ntarur Jeremias. Aquam nostram (ait) pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparavimus. Amarum emere aquam: ditius, quam habebat propriam. Hinc Ezechias obturavit capita fontium, ne venientes Assyrij in aquis quae ad civitatem, inventient refrigerium. 2. Paralyp. 32. 4. Quare cum melsis esset illorum laboris, doluit graviter, quod auferretur in die hereditatis. Non deficit ex arboribus congruus naturalis quotannis fructus: diciturque fruticum copia curvoscensum sterilitas; quoniam hostibus arborum tota fecunditas. Semnaverunt triticum & spinas messuerunt. Ierem. 12. 13. et enim propter fruges ab inimicis captas, nihil sibi in doloreu messuerunt praeter spinas. Minatur pridem in exleges, Deuter. 28. à v. 30. Domum adifices, & non habitet in ea. Plantas vineam, & non vindemias eam. Oves tuae dentur inimicis tuis. Fructus terrae tuae & omnes labores tuos comedat populus, quem ignoras, &c. Haec enim plantatio, sed sine plantatione; quippequam sine usufructu quali non esset plantatio.

Ierem ubi sup.

Non est placentia sine usufructu.

Ierem 24. 6

41. 10. Bebaosfi.

Post reditum & Babilonia, inter ludaeos non fuit idololatria.

Ierem. 17. 17.

Iudith. 5. 23.

Bebaosfi.

Eccl. 1. 10.

Eccl. 1. 10.

Abstractum verbi pro ad verbo.

Geminatio pro superlativo.

9 Plantatio enim ex plantatione exprimit in fructu durationem & firmitatem, 4. Reg. 19. 10. & Isai. 37. 31. Quodcumque de domo Iuda mittet radicem dorsum, & faciet fructum sursum: siquidem fructera dabunt pomorum usum, haud in hostium, sed in possessorum commodum. Non laborabunt frustra. Ibid. 65. 23. Qua de causa sub praefata metaphora de Israelitis dispersis, sed congregandis Dominus dicit semel & iterum: Adificabo eos & non destruiam: & plantabo eos, & non evellam. Tempus sicut plantandi: & tempus, quod plantatum, evellendi. Modò in transplantatione non evellam, imò sponsabo mihi in sempiternum, quippequam ex illo tunc non exauditomen idololatriae in Israel. Videbis Galatin. lib. 4. cap. 23. Ex illa evulsione pulchrius & splendidius Synagoga plantata, floruit sicut oliva in Dei domo fructifera, quia illam perfecit cuius plantavit dextera. Convertam manuum meam ad te, & excoquam ad puerum scortam tuam, & auferam omne flammum tuum. Post haec vocaberis Civitas iusti, Urbs fidelis. Isai. 1. à 25. Unde dicitur Sophon. 3. à 9. Quia tunc reddam populus labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, & serviant ei humero uno. In die illa non confundetur super cunctis adinventionibus tuis, quibus praeparata es in me. Reliquie Israel non facient iniquitatem.

10 Sicut evellam evulsione firmitatem transmigrationis exprimit (ut factum est, & sustinuit totum regnum Iuda, populus & Principes eius, quod ex effectu etiam geminatione declaravit Duci Assyriorum Achior dicens: Nuper reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi erant, adunati sunt: q. d. Omnino dispersi, qui sub distinctis dominis longe à patria debebant captivi) ita in firmitatem revocationis dicit Dominus ubi dudum: Adificabo & non destruiam, plantabo & non evellam. Permanebit Iuda & cives evulsi, & in regiones dispersi, possibimò in patria, quin detur exilium ultra, unufquique sub vine & sub ficu sua, quia non erit qui extereat. Non solum non evellam plantata, sed etiam adificabo destructa; propositum asserente, affirmatione asseri cum negatione contrarij. Habitabitur Ierusalem cursus in loco suo in Ierusalem. Zachar. 12. 6. At acta non ago: vide quae diximus Tom. 6. T. 2. ad illud Ierem. 31. 4. Adificabo te, & edificaveris. Quod per Bebaosfium modò dicitur, ita ut sit plantatio sine evulsione; exprimitur etiam nominis & verbi geminatione, scilicet. Plantatione plantare: quasi in firmitatem radicem mittere, atque in officia, uti fructus, floridissimè flare. Constat cogitationem ex Idiotismo Hebraeo. Ita ergo Psalm. 79. 10. Plantasti plantatione & implevit terram. Id est, stabilem plantasti in fructus; quapropter Vulgata. Plantasti radices eius: igitur ut arbor fructificet firma, radix est causa. Similiter v. 16. Perfice eam, quam plantavit plantatione dextera tua. Plantatione pro firmiter: alias, ut dicit Isai. 40. 24. arefcet: equidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus: sine huiusmodi conditionibus, quod plantatum non plantatum, actioneque plantantis effectus additur plantationis; quia veritas plantationis ex firmitate radicis.

11 Sicine plantatio ex plantatione fidelis, quae non evellenda; quippequam fructu gratissima: usurpatur enim geminatio pro superlativo, uti vidimus alibi. Morie moris. Genes. 2. 17. scilicet, acerbissimè morieris: sicut, felicissimè viveret; Ezech. 18. 9. Vita vivet. Iudith, quo dudum, Dispersione dispersi: hoc est, fustissimè, loano. 3. 3. 29. Gaudio gaudet, pro supradudum: 2. Reg. 13. 15. Odio oderat, amore dilexerat: putà, summè. 3. Reg. 9. 6. Aversione aversi: videlicet, protervissimè. Denique ex te- litimo-

simonio praefato, Evellam evulsione: q. d. stirpitus. Ita apud Ezechiel. 17. 10. Ut evelleret radicibus. Virgil. 1. Georg. v. 319.

Segetera à radicibus imis Sublimè expulsam eruerent.

Eodem sensu quo evulsio, in contrarium accipienda plantatio. Quapropter plantatione plantare dicit plantationem firmissimè atque pulcherrimè. Sic enim etiam Hellenicè, ut patet apud Aristophanem in Nubes, v. 2013. Arborem stabilem firmitate. Aeschyl. in Prometh. v. 1015. In rupe firmitate firmissima. Quod Eccl. 15. 3. bebaosficè dicitur: Firmabitur in illo & non scilicet. At Hebraicè exprimi solet superlativum per adiunctum voci genericæ catum patrium singularem: tuncque vox communis habet non suam sed adiecti significationem; ut plurimis testimonijs astruxi hic Tautol. 1. à n. 17. v. 8. Vidi sanguinum pro amarulentis; Vidi roboris, pro robullissimis; Filius gebenna, pro perditissimo; Filius iniquitatis, pro valde iniquo, ac reprobo. Unde Exod. 4. 10. Non sum eloquens, vertit Vulgatus; ubi Hebr. Non sum vir laborum. Haud secus altuunt Veriones praesentis pleonastii. Plantavit plantationem fidelem. Maluend. Plantationes fidelem, seu fidelitatum. Hebr. Plantabis plantas iucunditatum. Alij pulchritudinum: alij, amenitatum. Hoc est, uberrimas, iucundissimas, amenissimas, & pulcherrimas: haud Spuria vitulamina (uti dicitur, Septent. 4. 3) quae non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt: est in ramis in tempore germinaverint; infirmiter posita à vento commovebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur: confringentur enim rami inconsummati, & fractus eorum inutilis, & ad nihilum apti; ita ut domini, qui plantaverat, interit evellere, quod plantatum est. Non ita quod plantatione plantatur; quippe magni propter commodum & amenitatem habetur. Quo ly. lo Genes. 2. 8. dicitur: Plantaverat Dominus Deus paradisum voluptatis: id est, delictissimum; sumpto abstracto voluptatis, pro adiecto in supereminentiam & fructuum & plantationis.

12 Alia cogito, in ampliotem plantationis plantatae interpretationem: etenim cum plantatio fit actio agentis; in plantatione geminata plantatio non de arboris intelligenda fati, sed de plantationis modo, atque plantantis studio. Favet acumini Ieremias, 31. 5. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariae: plantabunt plantantes. Dum in unis operantis indicatur in opere; signatur in studio muneris pericia operantis. Quare dum plantantes utopè suppositum in plantationibus exprimitur, sollicitudo & scientia in exercitio notatur: q. d. Industrij ac periti agriculae vineas plantabunt in montibus Samariae. Ita praese fertur ministerium in ministrando, quod similiter in alijs argumentis invenitur in Sacra pagina. Vidimus hic Tautolog. 7. & 8. ad illud Soruantes seruntio, & Circundantes circumdederunt. Videbimus Tom. seg. Tautol. 5. ad illud: Adoratores adorabunt, & T. 8. ad illud: Pastores pascent & Custodes custodiebant. Exprimuntur Cantic. 7. 2. Monilia quae fabricata sunt manu artificis: Id est, eximij aurificis & egregij. Primarij, nutritoris & promotoris artis: opus manuum firmitatis, certitudinis & stabilitatis. Exod. 31. 3. Eligite in opus Sanctuarij Beceles; qui impletus spiritu Dei, spientia, intelligentia & scientia in omni opere, ad excogitandum quicquid fabricosivi potest. Hebr. Ad imaginandum imaginationes. Maluend. Ad excogitandum res industriae inventas. Aromatibus pigmentorum arte. 2. Paralip. 16. 14. Hebr. Conditis in conditura facturae. Usus apud Profanos sepicule. Homer. 9. Odys. v. 108. Plantant manibus plantam: nimirum, in industria ac arte. Theocrit. Idyl. 15. v. 81. Quales pictores tam exactas picturas pinxerunt! Multoties phrasis apud Plant. Trucul. Act. 1. scen. 2. v. 47. Arationes aratri. In Captivo. 1. 2. v. 16. Ruri rurant homines. Ibid. 2. 1. v. 24. Arbitri dicta arbitrari queant. In Bacchid. 1. 1. v. 64. Obsonatum sit opulentum obsonium. Ita ergo pro pericia agentis fit etiam geminatio plantationis, quasi ars & cognitio plantantis germen, sit in fructum spectabilem, durationemque fructus, uti intelligentis opus. Senec. Epist. 123. Crystallina & murrhina celata magnorum artificum manu. Manus doctas vocat Ovid. 2. Amor. Eleg. 4. v. 28. sumptum ex Orpheo in Argonautica. v. 319. Omnia manu doctà comitens. Demum Virgil. 12. Aeneid. v. 210. accinit: Olin arbor, nunc artificis manus ere decoro Inlustr, Paribusque dedit gestare Latinis.

Pro actione plantationis sufficitur manus artificis: qui cum in vinea transplantationis Israel esse Deus, & opus manuum firmitatis & certitudinis; felicitas plantationis dimanat à scientia & industria plantantis, qui plantatione plantatorem sevit; ut ipsa actio- Tom. VII. Taut. Oooo 2

Vox generatiz cui genitiz additur, eius sequitur significationem.

Isai. ubi sup.

Huiusmodi casus peritius pro superlativo.

Expositio 30

Ierem. 31. 5

Geminatio pro modo actionis, seu industriae arte agentis Maluend.

Senec.

Virgil.

no

Expositio 4.

pe germina in fructum servaret: ne dum fructum quæ plantata, præ negabat, compelleretur evellere, quo plantatum erat. Non enim ullam haberet saltem in speciem propagationem, nisi Dominus Sabahot reliquisset illis semen. Patet ergo quod ubi signatur Plantator in opere plantationis, non opus innuitur sed studium plantantis.

Plantationes pro suis.

13 Sub arboris metaphora, quasi radicis germina, intelliguntur filij. Psalm. 127. 7. Filij tui sicut novella olivarum. 143. 12. Filij sicut novelle plantationes. Daniel. 11. 7. Stabit de germine radicem eius plantatio: & Jerem. 31. 22. Creavit Dominus novum super terram. Septuag. Plantationem novam. Arbitror arbores dici plantationes physice, propter virtutis fecunditatem, quippe unaquæque ad simile habet à principio semen: Genes. 1. 12. Semen iuxta genus suum: lignumque faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Allegorice propter homines, arbores ambulantes, qui peccatum portant originale à viciositate radicis: igitur sicut quilibet germen ex arbore generationis Adami; ita quilibet plantatio; ut sicut ille prodijt, procedat germen ex illo, originis maculatum è radice peccato: igitur Adam, ut inquit Augustin. Enchirid. cap. 26. Stirpem suam, quam peccando in se, tamquam in radice vitaverat, pœna mortis & damnationis obstrinxit: ut quicquid prolis ex illo & simul damnata, per quam peccaverat coniuge, per carnalem concupiscentiam (in qua inobediencia pœna similis retributa est) nasceretur; traheret originale peccatum. Dixi de huiusmodi propagationis symbolo, in arbore, cui nomen Radix, Tom. 4. Tautolog. 6. à n. 11. Sedulus lib. 2. v. 4.

Symbolum secuti originis.

Nec solus meritam præsumptor senserat iram,
Mortali sub lege iacens; sed prorsus ab ipso
Humanum simul omne genus. Heu noxia coniux!

Augustin.

14 Si generatio expressa per plantationem plantatam; mors utique per plantationem evulsam. Unde dum accedit mors, tempus utique evellendi quod plantatum est: verum etiam tunc dicitur arboris plantatio, quia futura resurrectio: etenim in terra elati deponuntur, donec immortalitatis calore toveantur. Hinc interdum nonnulli sepeliebantur in hortis, quippe in futuram immortalitatem secum habebant radices. Ossa nostra quasi herba germinabunt. Isai. 66. 14. Maluend. Ossa vestra sicut progerminatæ efflorescent. Hinc Christus sepultus in horto (Ioann. 19. 42.) quia statim post triduum resurrectio, qua gloriosè ut lilium germinans resloruit caro. De Manasse dicitur, 4. Reg. 21. 18. Sepultus est in horto domus sue, in horto Oza. Idem v. 26. de filio eius Amnone. Usus frequens, cadavera ornari floribus, sub cuius metaphora, dicit Ieremias: Date florem Moab. Inter Ethnicos frequentior. Argumentum latè probat Iust. Lips. in 1. Annal Tacit. cap. 14. Rosin. 5. Antiq. Rom. à cap. 39. & Dempster hic: nos etiam egimus fusè, Tom. 2. T. 7. à n. 5. Meminit Hieronym. Epist. 26. Super tumulos spargunt violas, rosas, lilia, floresque purpureos; & dolores pectoris his officijs consolantur. Clemens Alexand. 2. Stromat. cap. 8. Securitaris signum est corona, quarè ea mortuos coronant. Vid. Cicer. d. Legib. lib. 2. & Plin. lib. 21. cap. 3. Floribus ornarunt tumulum Iunij Bruti: inquit Alicarnal. lib. 5. n. 35, & lib. 11. n. 27. de Virginitate cadavere, subdit: Exsiliabant enim ex adibus mulieres & virgines descentes hunc casum: floresque & coronas adversus lectulum iniicientes. Virgil. 6. Æneid. v. 883. & Iuvenal. Satyr. 7. v. 208.

Isidul.

14 Si generatio expressa per plantationem plantatam; mors utique per plantationem evulsam. Unde dum accedit mors, tempus utique evellendi quod plantatum est: verum etiam tunc dicitur arboris plantatio, quia futura resurrectio: etenim in terra elati deponuntur, donec immortalitatis calore toveantur. Hinc interdum nonnulli sepeliebantur in hortis, quippe in futuram immortalitatem secum habebant radices. Ossa nostra quasi herba germinabunt. Isai. 66. 14. Maluend. Ossa vestra sicut progerminatæ efflorescent. Hinc Christus sepultus in horto (Ioann. 19. 42.) quia statim post triduum resurrectio, qua gloriosè ut lilium germinans resloruit caro. De Manasse dicitur, 4. Reg. 21. 18. Sepultus est in horto domus sue, in horto Oza. Idem v. 26. de filio eius Amnone. Usus frequens, cadavera ornari floribus, sub cuius metaphora, dicit Ieremias: Date florem Moab. Inter Ethnicos frequentior. Argumentum latè probat Iust. Lips. in 1. Annal Tacit. cap. 14. Rosin. 5. Antiq. Rom. à cap. 39. & Dempster hic: nos etiam egimus fusè, Tom. 2. T. 7. à n. 5. Meminit Hieronym. Epist. 26. Super tumulos spargunt violas, rosas, lilia, floresque purpureos; & dolores pectoris his officijs consolantur. Clemens Alexand. 2. Stromat. cap. 8. Securitaris signum est corona, quarè ea mortuos coronant. Vid. Cicer. d. Legib. lib. 2. & Plin. lib. 21. cap. 3. Floribus ornarunt tumulum Iunij Bruti: inquit Alicarnal. lib. 5. n. 35, & lib. 11. n. 27. de Virginitate cadavere, subdit: Exsiliabant enim ex adibus mulieres & virgines descentes hunc casum: floresque & coronas adversus lectulum iniicientes. Virgil. 6. Æneid. v. 883. & Iuvenal. Satyr. 7. v. 208.

Expositio 5.

14 Si generatio expressa per plantationem plantatam; mors utique per plantationem evulsam. Unde dum accedit mors, tempus utique evellendi quod plantatum est: verum etiam tunc dicitur arboris plantatio, quia futura resurrectio: etenim in terra elati deponuntur, donec immortalitatis calore toveantur. Hinc interdum nonnulli sepeliebantur in hortis, quippe in futuram immortalitatem secum habebant radices. Ossa nostra quasi herba germinabunt. Isai. 66. 14. Maluend. Ossa vestra sicut progerminatæ efflorescent. Hinc Christus sepultus in horto (Ioann. 19. 42.) quia statim post triduum resurrectio, qua gloriosè ut lilium germinans resloruit caro. De Manasse dicitur, 4. Reg. 21. 18. Sepultus est in horto domus sue, in horto Oza. Idem v. 26. de filio eius Amnone. Usus frequens, cadavera ornari floribus, sub cuius metaphora, dicit Ieremias: Date florem Moab. Inter Ethnicos frequentior. Argumentum latè probat Iust. Lips. in 1. Annal Tacit. cap. 14. Rosin. 5. Antiq. Rom. à cap. 39. & Dempster hic: nos etiam egimus fusè, Tom. 2. T. 7. à n. 5. Meminit Hieronym. Epist. 26. Super tumulos spargunt violas, rosas, lilia, floresque purpureos; & dolores pectoris his officijs consolantur. Clemens Alexand. 2. Stromat. cap. 8. Securitaris signum est corona, quarè ea mortuos coronant. Vid. Cicer. d. Legib. lib. 2. & Plin. lib. 21. cap. 3. Floribus ornarunt tumulum Iunij Bruti: inquit Alicarnal. lib. 5. n. 35, & lib. 11. n. 27. de Virginitate cadavere, subdit: Exsiliabant enim ex adibus mulieres & virgines descentes hunc casum: floresque & coronas adversus lectulum iniicientes. Virgil. 6. Æneid. v. 883. & Iuvenal. Satyr. 7. v. 208.

Caro Christi resurgendo resoruit.

10a. 19. 42.

Ierm. 48. 9

Cadavera floribus ornata.

Hieronym

Clem. Alexandr.

Halicarn.

Virgil.

Iuvenal.

Palad.

Prudent.

Verf. 3.

Manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores, animamque neposis
His saltem accumulem donis,
Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver.

15 Hocine totum in portentum futuri, natà corporum immortalitate; quippe è sepulchris homines florebut in perpetuas æternitates. Modò intelliges contextus ferriem: igitur cuiusvis potest pungere cogitationem; cur Salomon dicat: Tempus destru-

struendi & tempus edificandis cum prius sit edificare, quam destrueri, sicut prius plantare, quam evellere, prius nasci, quam mori: Si non potest destrui, nisi quod edificatum; præputa ædificij destructione, ante erectionem ædificij, erit destructio & non erit: destructio, quia supponitur: non destructio, quia suppositum sine ædificio negatur. Regeneratio signatur: inquit Olympiodorus hic. Et Sæa in Notation. apponit: Forte resurrectionem intelligit. Status hominum signatur, quæ prius nasci, post mori: prius plantari, postmodum evelli: prius ædificari, moxque destrui. At cum resurrectio destructionem supponat carnis, quippe resurrectio ex mortuis, uti diximus hic Tautolog. 2. à n. 11. prius connotat destrui, quam reedificari: sicut in naturalem existentiam, ante mortem in fabricam signat vitam. Primò factus est homo in animam viventem: Non prius quod spiritale, sed quod animale. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Quod feminas non vivificatur, nisi prius moriatur. Sic resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, dum per mortem corpus destruitur: post destructionem ædificium immortalitate reparetur. Hoc intentu adinstat germinum sepe liuntur cada vera, ut in illis floreat corporum gloria. Dicit, neciens quid diceret Perseus, Satyr. 1. v. 52.

Nunc non cinis ille felix?

Nunc non è manibus illis

Nunc non è tumulo, fortunataque favilla,

Nascuntur viole:

16 Occurrit ex huiusmodi situ curiosa quæstio. An scilicet inter Hebræos esset spes resurgendi ut Phœnicis, vel ut flores: Nimitum in funeris pompa an humarentur, vel cremarentur cadavera? Tacitus 5. Histor. cap. 5. de illis dicit: Corpora condere, quam cremare è more Ægyptio. Idem apud Priscos Romanos: Cremare non fuit veteris instituti; terra condabantur (ait Plin. 7. esp. 54.) at postquam longinquis belli obrutos erant cognovere; tunc institutum: & tamen multa familia priscos servare ritus; sicut in Cornelia, nemo ante Syllam Dictatorem trahitur crematus: idque voluisse veterum Talionem, certo C. Marij cadavere. Sepultus intelligitur, quoquo modo conditus, humanus verò, humo contextus. Numa uti vetuit. Idem lib. 14. cap. 12. & Plutarch. in eo. Cicer. 2. de Legib. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 3. & Senec. Epist. 13. Constat ex sacra pagina terræ mandari, & nequaquam igne absumi, ac in cineres redigi; ex spelunca duplici primoribus Patriarchis, ac eius uxoris: at non exprimitur an cadavera, vel solummodo oia post ignem sepulchro illata. De Ioram Rege Iuda, & Iosaphat filio, dicitur, 2. Paralip. 21. 19. Mortuus est infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius. Quasi novum indicatur, quod modus combustionis haudquaquam in eius funere servaretur: modusque indicatur in exequijs Asa ibid. 16. 1. 4. Sepelierunt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in civitate David: postueruntque eum super lectum suum, plenum aromatibus, & unguentis meretricijs (selectis ac pretiosioribus) que erant pigmentariorum arte confecta; & combusserunt eum ambitione (prodigialitate) nimia. In funeribus Regum combustionis morem fuisse, indicat Ieremias, 34. 5. prædicans Seducie: Non morietis in gladio, sed in pace mortis, & secundum combustiones patrum tuorum Regum, sic comburent te. Hieronymus Magius p. 2. Var. lect. seu Miscellaneor. cap. 11. conciliare contendit aversantes auctoritates, eique cogitationem sequuntur Sanctius, Alapid. Castrò & Maldonat. in cit. loc. Ierem. astruens combustionem intelligendam esse de aromatibus iuxta cadaver, haudquaquam de cadavere cum aromatibus. Ita R. Kimhi ibid. subdit: Comburent te: scilicet ut comburentur super lectis Regum aromata, & unguenta aromatibus mista: nostrique Rabini declarant has res super ipsis fuisse exstas, scilicet, lectos, vestimenta, aliaque utensilia. De funere Asa addit: Combusserunt super ipso aromata in cinere bona, eumque cinerem super eum sparserunt, & præter aromata supellectilia. Quod quidem nulli concessum, qui ex profapia regia non esset, uti observat R. Isaac Abarvanell. in 15. lib. 1. Reg. Astrui quit ex lectione varia. Similiter utiones odorum comburent populares tibi. Sic adolebunt tibi. Nonnulli apud Maluend. hic. Ex contextu in funere Asa constare videtur: etenim dicitur, Sepelierunt eum in sepulchro suo, quod foderat sibi. Sepulchrum fodere, est humari, non comburi. In sepulchro meo: quod fodi mihi, sepelies me. Idem Tob. 8. 11. Psalm. 93. 13. & Ierem. 18. 20. Sepeliri enim propriè est terræ mandari cadaver, quali humo conspedit: oia verò ab igne extracta non dicuntur sepeliri, sed collocari: ideo legebatur à rogo, ut sine fastidio etiam tractarentur manu,

Olympiod Sæa

Cur resurrexit? signatur in germinis

Perfusus.

Tacit.

Plin.

An Hebræo humarentur, uti cremarentur cadavera?

2. Paralyp. 16. 14.

Ierem. 32.

R Kimh.

ut

Super pro luxta.

Cremari et aromatibus apud Græcos et Romanos.

Sueton.

Luxu pyra ru n.

Plutarch.

Plin.

Herodot.

Tacit.

Valer. Maxim.

Martial.

Scat.

ut indicat Homer. 2. *Iliad.* Euripid. & Sophocl. Virgil. & Tibull. quos videris. *Tom.* 2. cit Hinc exprimitur, *Sepelietur eum*, non ossi ut dicitur de ossibus Saul ac filiorum, 1. Reg. 31. 13. Quinimodum in textu dicitur *Super*, intelligendam est *luxta*; ut multis roboravi testimonijs *Tom.* 1. *T.* 1. n. 5. & *Tom.* 2. *T.* 1. n. 16. Quapropter dam aromata dicuntur iuxta super cadaver, intelligendum iuxta cadaver: & in obsequium fato functi, & in gratiam iustis assilientium, ne gravarentur cadavere.

17 Quia ex Sacris litteris ac Interpretibus inferitur, sententia humationis cadaverum confirmatur: haud quia dixerit Tacitus vel non dixerit (ut contendit conciliare Magius) cum tot mendacia in Hebræos congesserit ibidem, iuxta audita, vel cogitata malignè, referens studia phantasia in oblectamen plaudentis. Quid erga ignota criticè genio matitioso faceret; qui erga cognita Romana vafre cuncta & relexit & retorlit? Inter Ethnicos, sed tantum Principes (quia è plebe cadavera etiam tumulabantur, ut commune Indæ) usitatum peregrinis pretiosisque aromaticis corpora exuri, & simul cum illis dives supplex, servi, ancillæ & apud Barbaras nationes etiam uxores, de quo alibi egi. Homer. loc. cit. plura refer, & ibid. Eustachius & Spondanus, quo constat de Græcorum ritu. Sueton. in *Cæsar.* cap. 84. *Funere* (inquit) *indictio*, rogus extructus est in *Mario campo*, & *pro Resbris aurata ades ad simulacrum templi Venæris*. *Genitricis* collocata: intraque lectus eburneus, auro & purpurâ stratus, & ad caput tropæum, cum veste in qua fuerat occisus. *Præferentibus manera*, quia *suffecturus dies non videbatur*; *præceptum est*; ut *omisso ordine*, quibus quisque vellet itineribus urbis, portaret in campum: *Funus celebrabant, matrone etiam pleræque iniecere stamine ornamenta sua, quæ gerebant, & liberorum bullas atque prætextas*; præcipueque *Judæi*, qui etiam noctibus continuè bustum frequentarunt. *Plutarch.* in *Silla*, ait: *Monumentum in campo Mario est. Ferunt, tantam à mulieribus aromatum vim Sille ingestam*; ut *præter ea que in ducentis quinque fœtibus illata sunt, iuxta magnitudinis imago Sille effusa sit*, atque *liberis ex thure pretioso & cinnamomo*. De *Catonè Uticensi* in funere fratris, subdit: *Considerantibus sumptum sepulture, & adornamentorum, vestiumque pretiosarum unâ crematarum impendia*. *Plin.* lib. 12. cap. 18. *Periti rerum affecterant* (inquit) *non ferre tantum anno fecerit Arabiam, quantum Nero Princeps novissimo Poppeæ suæ die concremavit*. *Bestiam illam fecit hominum etiam in morte luxuria, quæ Dijs intellexerat genita, adhibens urendis defunctis*. *Vid. Dalecamp.* hinc, *Apulei.* 1. *Apolog.* *Herodian.* lib. 4. in *Iustis Severi*, *Herodot.* lib. 5. n. 22. de *Mellisa uxore Periandri* dicit, post fatum apparuisse, locutamque; *Nilil sibi prodesse vestes cum quibus sepulta fuit, utpote non crematas*. Itaque *statim Periander per præconem edixit, ut omnes Corinthiæ mulieres ad Iunonis templum prodirent: eò tanquam ad diem festum quam ornatisimè pote ant, quum isent mulieres iste; depositis clam satellitibus, eas omnes sine discrimine exivit, atque eas vestes ad foveam comportatas, Mellisam precando, cremavit*. *Tacit.* 3. *Annal.* cap. 2. de *Germanici reliquijs* inquit: *Tribunorum Centurionumque humeris cineres portabantur, precedebant incompta signa, versi fasces, atque ubi colonias transgrederentur, trabecata plebes, trabeati equites pro opibus loci, vestem, odores, aliæque funerum solennia cremabant*. De capite *Pompeij Cæsari* allato, ait *Valer. Maxim.* lib. 5. cap. 1. n. 10. *Ut enim id Cæsar aspexit, oblitus hostis, Soteri vultum in dicit: capusque plurimis & pretiosissimis unguentis & odoribus cremandum curavit*. *Idem Dion.* lib. 43. *Appian.* de *Bell. civil.* lib. 2. & *Plutarch.* in *Cæsar.*

18 Apud Poetas frequentior memoria. Aliqua prompti loc. cit. *Vid. Isid. in venal.* 4. *Satyr.* v. 108. *Anomo*, quantum duo funera. *Martial.* 1. 1. *Epigr.* 55.

Unguenta & Castas & olentem funera myrrham, Thuraque de medio semicremata rogo.
Stadius 2. Silvar. 1. à v. 156. & 5. à v. 86. lib. 3. *Silu.* 3. à v. 33.
— *Quid ego exequias & prodiga flammis*
Dona loquar, maxilloque ardentia funera luxu?
Quod tibi purpureo tistis thorus aggere crevit.
Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi
Quod Arabes, Pharique (palam est, vidique) liquores
Arsuram lavere comam.

Ignis odoriferos exhaustit flamma Sabæos
Et Cilicum melleis, Pharique exenpta volucris
Cinnama, & Allyrio manantes gramine succos

— Tu largus Eoa

Germina tu melleis, Cilicumque Arabumque superbas,
Merge rogi: ferat ignis opes hævedis, & alto
Aggere missuri nitido pia nubila celo.
Sisipenter cineres, Nos non arjura feremus
Munera?

Selecta leges apud *Palleratium* in illud *Propertij* 4. *Eleg.* 7. v. 32. *Cum nardo flamma non olvere meæ.* Hæc sanè ritus celebres in Oriente & Occidente, ridebant *Septentrionales*. Unde *Tacit.* de *Morib. German.* cap. 25. dicit: *Puneri nulla ambitio: id solium observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis cremantur. Struem rogi nec vestibus nec odoribus cumulant: sua cuique arma quorundam igni & equis adijcitur.* *Adi*, si plura desiderantur, *Cœl. Rhodigin.* 17. *Antiq. lect.* à cap. 19. *Kirchmann.* de *Rom. funer.* lib. 3. cap. 5. & *Claud. Guichard.* lib. 1. à cap. 1. & 2. a cap. 2. *Hieron.* *Magium*, d. lib. 1. cap. 13. *Alex.* ab *Alex.* lib. 3. cap. 7. & *Plin.* lib. 5. *Epist.* 16. ubi: *Quod in vestes, margaritas, gemmas erat erogaturus: hoc in thura & unguenta & odores impendere.*

Secus apud Germanos Tacit.

19 Patet ergo luxus & usus. Aromatum inter Hebræos constat ex *Ioann.* 19. 40. *Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligaverunt eum lineis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire.* Ex huiusmodi ritu non comburi convincitur; sed non arguitur propriè humari, idèlè mandari humo, ut ab illa absumatur corpus: dumtaxat condium aromaticis collocabatur in sepulchro, ut per species aromaticas præservaretur à corruptione. Quapropter arbitror inter Hebræos corpora terræ condij unde legimus *Sepulchri vulgi*, 4. Reg. 23. 6. *Congeriem mortuorum.* *Job*, 21. 32. *Congeriem sepulchri Iudæorum.* 2. *Meth.* 9. 4. collocari verò cum aromatibus in monumento, dumtaxat erat in republica primarium: sic enim intelligendum est, *Sicut mos est Judæis sepelire*, primarios scilicet viros. Ita igitur vel sic vel sic Hebræorum cunctorum terræ credebatur cadavera: at nihil obstat, ut præter aliquid inconveniens vitandum (ut in cadaveribus Saalis & filiorum, quæ diu tabe affecta, & Iorami, quod putredine maligna) ne officerent gravitate odoris, nudarentur caribus beneficio ignis; ut possint transferri ossa, vel fieri sine incommodo iusta. Quinimodum lex aliqua non esset contra; sicutum erat cadavera comburere, ut igne purgata in urna sepulchri possent mundius collocari. Unde ni fallor, ut Ionat, debet intelligi combustio *Asa* & *Sedecij*. Quorsum cogitanda metaphorica locutio, dum perspicuo dicitur: *Secundam combustiones patrum tuorum comburent te*; *Malvend.* in *Exposit.* suffragatur. *In rogo, quem admodum patres tuos, comburent te.* *Idem* in *Iustis Asa*, *Aromatibus & unguentis combusserunt eum.* *Quid clarior*; Ab illo cæpisse corpora cum speciebus aromaticis imponi busto, videtur: igitur ni inter nobiliores inolevisset ritus ultimo ex regibus non diceretur: *Secundum combustiones patrum tuorum comburent te.* Ita illotunc *Regum* credebantur exequi pro profecto ritu veterum: et pyra legebantur ossa (& si lino ambeito involutum corpus, etiam cineres) & solemniter denuò aromatizata collocabantur in urna. Imò iuxta illud *Ierem.* 31. 40. ubi extensio *Ierusalem* signatur usque *Goztha* (nonnulli intelligunt *Golgatha*) & *omnem vallem cadaverum & cineris, & universam regionem mortis*; videtur inter illos cadavera & humari & comburi. Sat de dubio incidente. Non ergo est necessaria conciliatio (ut contendit *Magius*) sacre venerande auctoritatis, & testimonijs nasuri cavillatoris; qui mordax utrumque loquitur, quicquid læsæ imaginationi etiam per umbram obijcitur. Modò in contextum *Tautologie*.

Inter Hebræos nobiliores sepeliebantur cum aromatibus

Reges etiam cæ illi credebantur.

20 *Tempus plantandi & temetis evellendi quod plantatum est.* *Mariana* hic.

Pace hosti & vires plantantur, bella revellunt.
Caictanus dividit sententias à *Salomone* prolatas, quatenus illarum argumentum versetur circa bonum naturale, delectabile, utile & civile. *Hieronym.* comprehendit in illarum expositione totum argumentum *Tautologie* antecedentis de expulsiōe filiorum *Israël* à terra, in qua *Deus* illos felicissimè plantaverat. *Hebræi*, omne hoc (ait) quod de contrarietate temporum scriptum est, *super Israël* intelligunt: *Tempus fuit generandi & plantandi Israël: tempus moriendi & ducendi in captivitatem. Tempus occidendi eos in Agypto, & tempus de Agypto liberandi. Tempus destruendi templi sub Nabuchodonosor, tempus edificandi sub Dario. Tempus stendi & plangendi eversionem Urbis, & tempus ridendi: aquas sa tanth sub Zorobabel. Tempus dispergendi Israël, & tempus in unum congregandi. Tempus quasi cingulum & balteum circumdandi Deo populum Iu-*

Marian.

Expōitio 6.

Hieronym 460.